



Biblioteka Jagiellońska.



VI. a. 125.

VI. a. 125



137

CIMELIA

VI. a. 125.


*Theologia polemica.*


*Teol. 4671.*

*Confessio fidei ab Academia  
Colonienſi edita.*

*Crauc. in off. Hier. Viſt. 1544.*

137





REVERENDISSIMO  
in Christo patri et Domino D. Nicolao  
D. et Episcopo Vindob. etc.



# CONFES- SIO FIDEI

AB ACADEMIA COLO-

LONIENSI AEDITA, ET OPTI-

morum quorumq; iudis

cio plurimum ap-

probata.



9

BIBLIOTECA: 5717



Lim. C. 137

# REVERENDISSIMO

in Christo patri & Domino, Domino Nicolao  
Dzyergowski, Dei gratia Episcopo Vladislauicē  
dño suo obseruandissimo, Frater Martinus Sport  
sacrarum literarum professor, ordinis Præ=  
dicatorum. S. P. D.

**R**euereudissime in Christo pater, & domine  
domine & benefactor colendissime, Cū in  
manus meas incidisset Cōfessio fidei, à laudatissima  
Coloniensi academia nuper edita, mira breuitate si  
dei nostræ ueritatem ac sinceritatem complectens  
& errores ac hæreses aduersariorum quasi digito  
demonstrans, dignissimam putau. quæ per uniuersam  
Poloniã q̄primũ diuulgaretur, ut haberēt ho  
mines nostri parum ociosi, quò fidem suam aduer=  
sus Lutheranos assererēt, nec ita facile paterentur  
se à ueritate eorũ uersutijs abduci. Libellus in spe  
ciem quidem admodum paruus, sed si quis utilita=  
tem illius p̄sitet, uel cum magnis uoluminibus cō=  
ferendus. Dominus Iesus Reuerendissimam Do=  
minationem tuam q̄ diutissime cōseruet inco=  
lumen. Crac. 4. Septembris. 1544.

2

**¶ QVÆ FIDES SIT VE-**  
ra, sola, atq; inter omnes errores salutife-  
ra, informatio, à doctoribus theologis  
Coloniën examinata atq; appro-  
bata. 6.

**S**I antehac vnq; vel nūc maxime cui-  
libet christiano vigilandū est, aduer-  
sus rugientem leonem, qui circuit que-  
rens quē deuoret. Quippe qui ipsa quo-  
q; arma quibus potissimū aduersum se  
videt nos aliquid posse, hoc est fidem ve-  
ram, nobis molitur auferre. Proinde li-  
cet ad mundi seductionem totus hodie *Apoc. 10*  
videatur Satanus ipse solutus, non vnus  
tamen nobiscum pugnat, sed in vniuersum  
etiam orbem suos misit seductores,  
qui dissidijs opinionum, impietatum se-  
ctis, heresibusq; varijs, omnia adeo per-  
misceant, vt simplicibus vix euadendi re-  
lictus sit locus, vix quid credere debeant  
certitudo, vnde si fieri posset in errorem *Math. 24*  
inducerentur etiam electi. Quoniam abū *ibidem*  
clauit iniquitas, et refriguit charitas mul-  
torum. Nempe cū singuli clament: Ecce  
hic est Christus, ecce illic est, hinc fit, vt *Mar. 15*  
penē tot hodie habeamus Christos, tot  
ecclesias, hoc est, tot perfidię sectas, inter

fese minime concordēs, verum odiosissī  
 me dissentientes, quotquot sese iactant  
 Math. 7. euangelicos p̄dicatores. Quos omnes  
 tamen opera fructusq̄ eorum, minime  
 euangelici satis manifestent, inde tamen  
 certius eos agnoscimus hereticos, ideoq̄  
 vitandos, quoniam ab vnitate ecclesie  
 catholice segregant semetipsos, atq̄ e na  
 ui sancti Petri ( pro cuius fide Christus  
 Luce 22. orauit, ne deficeret ) sese eijciunt, sectas  
 1. Pet. 2. perdicionis introducentes. ¶ Vt igitur  
 cunctis bone voluntatis hominibus des  
 tur formula veram fidem ab erroribus  
 discernendi: sciendum vnicam dumtaxat  
 esse militatem dei ecclesiam, p̄ nauim san  
 cti Petri designatam, que inter mundi tur  
 bines verbo p̄dicatiōis vbicq̄ discurrit,  
 portans secum inestimabile precium sa  
 cramentorum Christi sponsi sui. Et licet  
 sequētibz prosequutionum heresumq̄  
 procellis, velut per fluctus maris ad nauis  
 fragium concutiat, minime tamē sub  
 mergitur. Navigat em̄ teste Chrysosto  
 mo, instructa fidei gubernaculo, foelici  
 cursu per huius seculi mare, habens deū  
 gubernatorem, angelos remiges, portās  
 choros sanctorum omnium, erecta in me  
 dio ipsa

dem legitimus successor Pontifex Romanus, cui claves regni cœlestis tradidit *Math. 16.*  
Christus, & oues suas commisit pascendas. Extra hanc (quẽadmodũ olim extra archã Noe) neminẽ credimus posse saluari. Neq; eum ad columbã pertinere credimus, qui in eius corpore non manet, de qua in canticis dixit sponsus: Vna est *Cantic. 6.*  
columba mea, perfecta mea, vna est mater sue, electa genitrici sue, supne scilicet *Apoc. 21.*  
ciuitati Hierusalem, à qua descendit, quẽ (vt apostolus ait) mater nostra est. De *Galat. 4.*  
qua Hieronymus ad Damasum scribens: Si quis inquit cathedrẽ Petri iungitur meus est. ¶ Quisquis igitur vis perpetuẽ damnationis naufragium euadere, quisquis cupis eterne beatitudinis littus attingere, hã catholicam nauim ne exeat, huius ecclesie fidem ne violes, huius sensum in scripturis sacris per doctores ab ea receptos ac sacra concilia traditum disputationibus neglectis simpliciter tenear. Quicquid ab his diuersum legeris vel audieris, velut toxicum diaboli protinus respuas. In dubijs eiusdem ecclesie doctores consulas, qui si defuerint, suspensa sententia tibi ipsi respondeas, te credere velle

velle quicquid sancta credit ecclesia, ca.  
 2. Cor. 10. ptiuans intellectum tuum in obsequium  
 Christi sub eius ecclesia, quam ipse nun-  
 Galat. 5. quam sinet errare. Si hanc que per dile-  
 ctionem operatur fidem tenueris vsq[ue]  
 in finem saluus eris. Si vero in minimis  
 hesitare ceperis, paulatim deflues ad  
 maiora. Et tum senties iudi-  
 cium, quod non dabitur poe-  
 nitentie reme-  
 dium.



Cracouię in officina Hieronymi Vie-  
 toris. Anno Salutis nostre  
 M. D. XLIII.





6


n  
na  
co  
p  
is


201 150

Sibl. Jag.









Biblioteka Jagiellońska



stdr0036807

